

# Domínica secūda Aduentus

Deum. s. ppter dñm qui vos rogauit meritū per didistis. quia nō dedistis honorē deo qui p̄cipit q̄ homo remittat. sed nō illi dño. Ideo qñ aliq̄s dñs rogat vos vt dimittatis iniurias debetis respondere nō remittā ppter vos sed ppter deū vt ipse remittat mibi rē. Sic quō in morte ostendit se cuilibet ch̄ist' di. Ecce qd feci pte rē. Videamus qd fecisti p me. Hāc renouationem petebat Dauid di. Cor mundum crea in me deus. et sp̄m rectū innoua in viscerib' meis. ps. l. Et tūc verificabit' thema. Celū z terra transibunt. Deo gratias.

Sermo septimus.

**S**citote quia pro-

pe ē regnū dei. Luc. xxi. Thema ppositum dat mibi motiū p̄dicandi de q̄dam materia satis speculatiua. s. pro p̄niquitate dei ad creaturas. Sz p̄mo salutē virgo maria. rē. Scitote qz ppe ē rē. Q̄modo iux̄ intellectū quē volo ptractare cū dñs regnū dei ē cōstructio intrāsiua. quia nō dicit diuersa. Sz regnum dei idē ē qd regnū qd ē de' sicut dñs regnū arragonie vel cathalonie. Cōstructio est itransitiua. Ita accipio regnū dei. id ē regnū qd est de' z ē mod' loquēdi sacre scripture in q̄ de' dicit regnū possessio et hēditas scōz. Autoritas. dominus possessio z hereditas eorū. Deut. ij. z. xvij ca. Etia ē regnū scōz de quo dicit thema. Scitote qz ppe ē regnū. Quō z qualiter de' sit ppe creaturas. Inuenio tres modos siue rōnes pro p̄niquitatis. Quoniā ppe est.

Primo p suā effectiua opationē.

Secūdo p suā dignatiua exauditionē.

Tertio p suā pfectiua incarnationē

Et his dicit thema. Scitote qz ppe ē regnū dei.

Dico primo qz dñs ē ppe omib' creaturis p suā effectiua opationē. Quā de' ex suis opibus est ppe z immediatus creaturis. quia ipse ē causa omniū creaturarū. Dicit regula phie. Rerū naturaliter pductarū quedā pmanēt sine causa pductiua. quedā vero minime. verbi grā. de lumine in lucerna accensa qd pmanet nisi causa agente z de caliditate in aqua calefacta z de domo q pmanet sine cā agente. i. sine m̄gro q forte iaz est mortuus z sic de multis alijs effectib'. Quidam dō alijs effectus sunt qui nō habēt pmanentiā nisi in p̄sentia agētis. vt aer qui de se ē obscur' z tenebrosus z illuminat' a sole. tñ nescit retinere claritatem solis nisi in p̄sentia ipsi'. Idē de camera obscura a cereo illuminata. Idē de speculo qd recipit imaginē s̄ ipam nō pōt retinere nisi in p̄sentia agētis. patet regula phie. modo videam' in theologia que dicit qz de' est agēs z cā effectiua z pductiua oim rerū corpaliū z sp̄ialiū visi / biliū z inuisibiliū. corruptibiliū z incorruptibiliū nūquid ei' effect' pmanēt sine cā. Dico qz nō

qm nisi de' esset p̄ns z p̄tinue influeret sol statim pderet claritatē z luna z stelle z idē de omib' creaturis. Ideo dicit Greg'. qz si mūdus nō retineret manu dei statim anihilaret. ideo est prope z immediat' cuilibet rei sicut lumē ē ppe aerē quem illuminat. Ecce qz quō de' ē ppe creaturas p effectiua opationē. de hoc dicit ap̄s. Ex ip̄o et p ip̄m z in ip̄o sunt omnia ipsi honor z gloria. Ad Rho. xj. Nota ex ip̄o. s. initialiter. p ip̄m. s. duratiue. z in ip̄o. s. cōseruatiue. sunt omnia. de ista materia Aug'. dat talē p̄siderationē. Aia rōnal' ē pfectio toti' corpis z mēbrorū ei'. qz ip̄a dat p̄tutem z opationē z efficacitā omib' mēbris corporis. Et si querat' vbi ē aia. diceret aliq̄s ignorans in capite. verū ē. sed nō solū ibi. vel in corō verū ē. sed nō solū ibi. dicit Aug'. z etiā phi. Aia ē tota in toto corpore z tota in quilibet pte ei' nec ē diuisibilis p ptes. Sed in capite ostēdit maior' res opationes z pfectiores z excellentiores Ita deus est tot' in toto mundo z ē totus in qualibz pte ei' z in qualibet creatura. Sz in capite. i. i celo empireo ostēdit se magis sanctis z beatis. propter qd homo orando eleuat oculos ad celū. licz deus sit hic z vbiqz. Sicut ergo aia dimittendo corp' statim corp' anihilat'. Ita si de' dimittēt creaturas. statim anihilarent'. legit Act. xvij. Ap̄s venit athenis z volēs extirpare errores phozū q̄ ponebāt p̄mā cām v' p̄mū motozē eē solū in celis z nō in terris. dicit ap̄s. Nō longe ē deus ab vnoquoqz nostrū in ip̄o em̄ viuim' mouemur z sumus. Act. xvij. Nota in ip̄o em̄ viuim' mus. Sicut p̄sces in aqua que nō solū ad extra circūit eos imo intrat intus. Ita diuinitas in nob' secundo in ip̄o mouemur sicut aues in aere. tertio in ip̄o sum' sicut stelle in celo firmamēto vbi habēt suū esse. Ita nos in deo qz infra deum stamus mouemur z sustinemur. Ecce qualiter de' est ppe p effectiua opationē. Ideo dicit dauid i ps. Prope es tu dñe z oēs vic tue veritas. ps. cxvij. Sed ē hic argumentū in oppositū. qz dicit scriptura longe ē de' ab impijs. p̄ro. xv. Quō ē est ppe. Rūdeo z dico qz dñs dicit longe v' ppe a creaturis dupliciē. vel p distantia localem. vel p differentiā formale. Primo modo dicitur longe r̄homa vel valentia que localiter multum distat. Nō possum' dicere qz isto modo deus sit longe. quia p̄p̄niquior est t'bi qz camisia vel claritas aeri vel color panno. Hiere. xxij. Celum z terram ego impleo ait dñs. Secūdo mō dicitur longe eē duo panni quozū vn' ē delicat' subtilis z bonus. alter rudis z vilis z grossus. licz sint si mul tñ dicunt esse longe p distantia z differentiā formalem. Isto mō dicim' qz de' est lōge ab impijs. Quia deus est sanctus z iustus. et impius est peccator z iniustus. deus ē humilis. impius supbus. de' est liberalis z misericors. impius auarus. deus est purus. ille est luxuriosus vt

porcus. deus est charitativus. impius est plen<sup>o</sup> malitia. deus servat pondus et mensuram in suis factis. et impius comedit et bibit sine mensura. deus est benignus et patiens. et impius impatiens iniquus et vindicativus. de<sup>o</sup> est diligens in suis opibus. et impius ociosus et negligens. Ecce quomodo deus dicit longe non per distantiam localem. sed per differentiam formalem. quia per distantiam localem prope est. quia deus in omnibus rebus est. quia ubique est aliquid operatur ibi est. sed de<sup>o</sup> ubique operatur secundum illud *Esa. xxvj.* Omnia opera nostra operatur es in nobis domine. quod deus est in omnibus rebus. *De h<sup>o</sup> vide sancti Thomam. j. pte. q. viij. arti. j.* Item de<sup>o</sup> est ubique ubi supra. *ar. ij. fm illud Hierem. xxij.* Celum et terram ego impleo. Ideo dicit prope es tu domine. scilicet per distantiam localem et omnes vie tue veritas In oppositum quia illud quod est prope alicui non indiget viis ad illud. Quare ergo dicit et omnes vie tue veritas. **Responsio ad habendum deum prope per essentiam presentiam et potentiam non est necessaria via aliqua. quia semper est presentis. sed ad habendum deum per gratiam sunt nobis necessarie multe vie.** Prima est cordis contritio quam religiosus contemnitur dicendo. *Domine miser. ego sum religiosus etc.* per istam viam deus venit ad eum per gratiam licet esset iam presentis per essentiam presentiam et potentiam. **Secunda via est oris confessio. quam si in contritione capiendo contritionem generaliter in quantum extendit se ad attritionem que est displicentia de peccatis in formis. non habuisti gratiam. habebis in confessione vel e converso nisi sis terribilis et obstinatus in mente.** Tertia via est deuota oratio. cogitando quod vides deum contra te iratum. hoc modo fecit ille publicanus. qui orando dixit. deus propiti<sup>o</sup> esto mihi peccatori. et habuit dei gratiam. de quo dicit christus *Descendit hic iustificatus in domum suam. Luc. xvij.* Quarta via est evangelicalis predicatio ad quam multi veniunt peccatores. sed totum est virtus dei quam deuote predicat et audit attentem. quod frangitur cor et ceteris etc. et sic habet gratiam. Quinta via est elemosyna propter deum recta intentione facta et data. que est tanta virtutis quod sicut elemosyna transit de manu tua in manus pauperis. ita gratia dei transit in te. Sexta via est iniuriarum remissio quam fit propter deum ne ipse faciat vindictam de te. Septima via est audire missam deuote. ideo recipit aqua benedicta in ingressu ecclesie. et homo signat se ad claudendum intellectum et cor ne homo cogitet et os ne homo loquat de mundanis. per hanc viam venit deus per gratiam ut ostendit christus in die veneris sancta quam dixit missam in pontificalibus cum casula rubea suo sanguine rubricata. mitra fuit corona spinarum. Sandalia in manibus et pedibus clauis. diaconus et subdiaconus fuerunt latrones. Acoliti virgo maria et iohannes evangelista In qua missa christus cantauit septies. propter beatus episcopi in missa soleni cantant septies. In qua missa

multi obtinuerunt gratiam quam ut dicit beatus Lucas. Omnis turba eorum qui simul aderant ad spectaculum illud et videbant que fiebant percutientes pectora sua reuertebant. *Luc. xxij.* Nota percutiebant pectora sua ex contritione et fiebant forte dicentes. quare suspensus est sanctus homo iste qui nupersuscitauit filium meum. et sic de aliis qui forte peius erant peccatores. propter quod quare dicit omnes vie tue veritas. quia non sunt vie false. Moraliter ex quo deus est ita prope multum deberemus timere et cauere a peccatis. Quis in conspectu regis committeret furtum vel homicidium siue luxuriam et homicidium cogitando quod rex videt etc. **Modo leuate oculos. quia deus est magis prope. quia videt omnia que facitis. Que mulier viro aspiciente per fenestram auderet loqui cum amasio suo siue philocapto. Si ista cogitarem non peccarem. ideo apostolus dicit. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus. quia dominus prope est. ad phil. iij.** **Modestia. i. conuersatio. vocabulum est generale ad omnes virtutes quia dominus de<sup>o</sup> papa et rex presentis est ubique.** Dixi secundo quod deus est prope per suam preceptiuam exauditionem. quia ipse audit omnes supplicationes et orationes nostras quocumque fiant siue cantando ut faciunt ecclesiastici. siue loquendo ut faciunt deuoti. siue mentaliter ut faciunt contemplatiui. Ecce quomodo prope est. ubi gratia. In missa aliqua dicunt cantando ut introitus kiriele. gloria in excelsis etc. Aliqua secrete ut cano aliqua mentaliter ut in primo et secundo memeto. bene esset prope qui totum hoc audiret. *De<sup>o</sup> est ita prope quod totum audit. imo etiam audit affectiones cordis.* Dicit vobis hic unum miraculum quod legit in biblia. *Exo. xij.* Quam filii israel exiuerunt de egypto et venerunt ad mare ut intrarent desertum. Rex pharaon et omnis populus egypti persequerentur eos et iudei erant in quodam passu strato et ad unam partem erat mons altissimus inaccessibilis ad aliam partem habebant mare rubrum nec poterant fugere aliquo modo in terram quam se reputabant mortuos et inceperunt murmurare contra moysen dicentes. Quare eduxisti nos ut hic moriamur. nunquid erant sepulchra in egypto. Moyses autem eleuatis oculis respiciebat celum. non legit quod diceret aliquid ore sed corde. Qui respondit deus. Quid clamas ad me. potuit moyses dicere. Domine estis ita prope. ego aspicebam vos in celo et vos estis hic. Ecce quomodo deus est prope per preceptiuam orationem vel exauditionem ideo dicit David. Desiderium pauperum. scilicet qui habent necessitatem. exaudiuit dominus. preparationem cordis eorum audiuit auris tua. ps. ix. Item prope est dominus omnibus inuocantibus eum in veritate. ps. cxlij. Nota omnibus inuocantibus eum in veritate. Quid est veritas. Respondit philosophus. Veritas est adequatio rei ad intellectum ut ita sit in re sicut est in intellectu. Quomodo operatur concordat cum verbo tunc est propositio vera. verbi gratia.

## Dominica tertia Aduentus

Nego dico hodie est dies veneris. et ita est tunc intellectus adequat rei. alias non. Sic etiam omnes nostre non sunt nisi propositiones que proponuntur coram christo. Nunc modo videamus qualiter debent fieri in veritate. ut scilicet intellectus quem dant fiet in veritate seu concordet cum veritate. ubi gratia. quam in oratione dicitis christo domine domine. tunc innuit quod ipse est dominus universorum et ita est. ideo faciatis quod opus concordet ad extra. ne recurrat ad suos inimicos. scilicet fornicarios et cetera.

**Secundo** in oratione ipsum laudatis et commendatis. quia laudabilis et commendabilis est et gloriosus. ideo concordet opus ad extra ne ipsum iuret in vanum nec in falsum nec blasphemet ipsum et cetera.

**Tertio** in oratione petitis ab eo provisionem et abundantiam bonorum temporalium. concordat opus ad extra quando servatis dominicam. quia domino qui providet debet homo facere aliquos servitium alias aufert provisionem.

**Quarto** in oratione dicitis. pater noster. concordat opus ad extra quando honoratis patres vestros corde ore opere et cetera.

**Quinto** in oratione petitis et dicitis dimitte nobis debita nostra. concordat opus ad extra quando remittitis iniurias inimicis vestris. Ecce quare dicit prope est dominus omnibus invocantibus eum in veritate. Sed sunt multi qui non in veritate sed falsitate ipsum invocant quando opus ad extra non concordat cum dicitis. de quibus dicit propheta. Plantasti eos et radicem miserunt proficiunt et faciunt fructum prope es tibi orationem et longe a renibus eorum. Hieremias. xij. Nota plantasti eos scilicet in iardino ecclesie scilicet in baptismo. In quo debet ne more adeo transplantantur in iardino siue viridario ecclesie christi. Et radicem miserunt scilicet in terram et non in celo. proficiunt. scilicet in divitiis honoribus et officiis nec contentantur. Et faciunt fructum scilicet filiorum et filiarum. prope es tibi orationem quia quotidie dicunt domine domine et cetera. Et longe a renibus eorum. id est ab operibus. Sed quare non dicit longe a pedibus vestris eorum. sicut dicit a renibus. quia dicit beatus Gregorius. quod radix luxurie in renibus consistit propter quod peccatum deus elongat a natura humana plusquam ex aliis peccatis. quia plurimi damnantur isto peccato. Dicit glosa Remigii. Super illo verbo christi. Sinite pueros venire ad me. et cetera. Tanta est labes luxurie in humano genere quod maior pars salvandorum creditur esse puerorum innocentium. Ecce quare dicit longe a renibus.

**Dico tertio** quod deus dicit prope pro sua perfectiorem incarnationem quia amore nostri voluit incarnari. An suam incarnationem maior distantia erat inter deum et hominem loquendo de distantia formali non autem locali. quam inter aurum et lutum. inter angelum et asinum inter solem et lapidem et inter celum et terram. Ideo dicit Esaias in persona dei. Sicut exaltantur celi a terra scilicet sine mensura ita exaltate sunt vires mee a visis vestris et cogitationes mee a cogitationibus vestris. Esaias. lv. Sed per suam benedi-

ctam incarnationem factus est nobis ita prope non solum per effectivam operationem nec per perceptivam exauditionem. quia ex his deus non est homo licet sit in homine. nec homo est deus. sed per incarnationem deus est homo et homo est deus et unitate persone. in ista stat nostra perfectio et etiam totius mundi.

Sicut geometrii quod figura spherica siue circularis nunc est perfecta quousque finis iungatur principio. Regula est geometrie. Scitis quod deus fecit totum mundum in figura spherica siue circulari. scilicet stellas et elementa. et celum et terram licet in alia figura potuisset fecisse. perfectio igitur mundi in hoc stat ut finis uniretur principio et econverso.

Principium mundi est deus nec aliquis diceret oppositum. Finis fuit homo. quod ultimo fuit creatus. Prima die deus fecit lumen. Secunda firmamentum. Tertia plantas. Quarta solem et stellas. Quinta aves et pisces. Sexta animalia et hominem. figura ergo circularis fuit perfecta quando finis scilicet homo fuit unitus principio. scilicet deo per benedictam incarnationem. Ex hoc opinantur aliqui doctores quod si adam non peccasset etiam deus incarnatus fuisset ad dandum perfectionem suis operibus. Ideo dicit ipse deus. Audi me iacob et israel quem ego voco egoipse. ego primus et ego novissimus. Esaias. xlvij. Nota ego primus. id est. ego sum deus et ego novissimus. id est. ego sum homo. et de ista propinquitate dicit Esaias. l. Prope est iustus meus et egressus est saluator meus. Nota egressus est. scilicet de celo ut radius a sole qui licet veniat in hoc mundo tamen non recedit a sole. Septima die martij exiit et venit ad nos. via per quam venit ad nos est virgo Maria. De qua dicit Bernardus. Virgo egregia ipsa est via regia per quam saluator venit ad nos et iam ambulavit in nostra humanitate tot diebus. Dicit quot. et in die natiuitatis intrauit mundum. Ecce quomodo est prope iustus et saluator noster. Stetit in via. scilicet in utero virginis. cclxxvij. diebus. Iosic sicut quam domina honorabilis debet parere pariter fratres sorores et amici parant gallinas saltem et bonum vinum et sibi presentant in partu. Sic virgo gravis magna domina cito paritura quid sibi presentabitur. quia non indiget gallinis et cetera. Sed presentate sibi Ave maria devote dicatis tot quot diebus ipsum portavit in utero. scilicet. cclxxvij. et totidem pater noster et poteritis in die natiuitatis recipere filium eius panis involutum in sacramento altaris concitando. Ideo occurramus ei per diligentem vite preparationem quia prope est ut veniat tempus eius et dies eius non elongabuntur. Esaias. xliij. Deo gratias.

Dominica. iij. Sermo primus.

**Q**ues qui venturus es an alium expectamus. Matthaeus. xj. Sermo noster erit de secundo euangelio hodierno. Si placet deo multas habebimus doctrinas